



Disputatio medica inauguralis de febribus

<https://hdl.handle.net/1874/343305>

47.

DISPUTATIO MEDICA
INAUGURALIS
DE
F E B R I B U S.

QUAM

PRÆSIDE DEO TER. OPT. MAX.

Auctoritate Magnifici D. Rectoris,

JOANNIS GEORGII GRAEVII,
Politices, Eloquentiae & Historiarum Professo-
ris Ordinarii,

N E C N O N

Amplissimi Senatus Academicci Consensu, Nobilissimeque

Facultatis MEDICÆ Decreto,

PROGRADU DOCTORATUS,

Summisque in MEDICINA Honoribus & Privilegiis

rite ac legitimè consequendis,

Eruditorum examini subjicit,

GERARDUS BENOORDEN AMST ELO-Batav.

Ad diem 26 Januarii horâ locôque solitis.



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiæ
Typographi, clo lcc xci.

Eruditissimo Acutissimo V I R O ,

D. HEIDEN TRICO OVERCAMP, M. D.
Expertissimo apud Amstelodamenses Practico
dexterrissimo de studiis optime merito.

D. ADRIANO KOENERDING, Celeberrimo
Peritissimo Nosocomii Amstelodamensis chirur-
go, promotori primitiarum in studiis meis chirur-
gicis unico.

Ambobus
ad extre-
mum vita-
halitum
omni hono-
re profe-
quendis, su-
spiciendis.

N E C N O N

Doctissimo Reverendo V I R O ,

D. FRANCISCO FABRICIO, Mysteriorum Sacro-
rum interpreti & reformatæ religionis defensori in pago quæ
Velsen dicitur diligentissimo, amico ab incunabilis fidelissi-
mo, omni honore colendo.

D. DANIELI HAVART, Olim apud indos orientales
in regione quæ *Cormandel* dicitur, a secretis, illic & hic ami-
co fraterno intimo.

*Hacce Theses Inaugurales ut & se ipsum
cō quō par est animō*

D. D. D.

GERARDUS BENOORDEN, Auctor.

D I S P U T A T I O M E D I C A

I N A U G U R A L I S

D E

F E B R I B U S.

T H E S I S I.



Uoniam inter omnes morbos, cum quibus miserrimè vitam trahimus, nullus fere universalior, per totum terrarum orbem grassans, ac quibusvis nationibus notior videtur, quam FEBRIS; illam, ob horrenda & insignia Symptomata, quibus laborantes diris cruciatibus vexantur, & ad tartara sëpe mittuntur, examini subjiciemus.

I I.

Vocis *etymo* non multum moror, ne videamur plus verborum, quam rei assertores, ideoque paucis dico, græcis ὁ πυρετός *igneus calor*, οὐδὲ τὸ πῦρ ignis, Latinè FEBRIS, quasi a *fervendo*, vocatur; numve autem nomine convenient nec ne, curiosæ inquisitioni relinquimus.

I I I.

FEBREM generaliter definimus esse turbatam sanguinis mixtam, quâ plurimæ functiones lœduntur.

I V.

Harum autem distinctio, quamvis in diversas species ab authoribus diversimodè observetur, mihi tamen in *continuas* & *intermittentes*, atque has gradu differre; id est, *magis vel minus acutas esse sufficiet*.

A 2

V.

4 DISPUTATIO MEDICA

Continuae FEBRES dicuntur, quæ ab initio paroxysimi ad perfectam liberationem, aut ad mortem usque perdurant: vel etiam quæ assiduò novò paroxysmò exardescunt, antequam prior circuitum suum absolverit. *Intermittentes* è contrario hæ sunt, quæ per intervalla redeunt, & ex diuturnitate moræ nomina ducunt; ut est *quotidiana*, *tertiana*, *quartana*, &c. *Magis vel minus acuta*, prout *FEBRIS* major vel minor sit, & ex hac plures functiones lèdantur.

(DICTIO V. I.)

Signa vel potius Symptomata, ex quibus cognoscuntur, ut plurimùm sunt *Rigor*, *horror*, & *frigus totius corporis*, cum *pulsu raro ac tardo* sed hæc plerumque in initio paroxysmi observantur; postea vero hisce succedunt, *calor*, *pulsus celer*, *creber* & *irregularis*. *Capitis dolor*, *vigilie*, in somnum proclivitas, *syncope*, *deliria*, *convulsiones*: *Situs quandoque intolerabilis*, *ardor oris*, *lingue interdum rubedo*, *interdum nigredo*, *aphtha* & *inflammationes in quibusdam partibus*. *Anxietas*, magna cum difficultate respirandi: *Aspectus prostratus*, *dolor ventriculi*, *singultus*, *vomitus alvi interdum fluxus & dysenteria*, *interdum astriktio*: *urina ut plurimum tenuis*, *rubra & panca*, quandoque tamen crassa; *dolores & lassitudines totius corporis*: utque brevi dicam, *omnium functionum lesio*.

VII.

Attamen notandum est hæc omnia nunquam simul, sed quædam in his, quædam in illis, pro variatione turbati motus, & dispositione succorum apparere.

VIII.

Quia autem non solum sufficit Symptomatum enumeratio, verùm etiam explicatio, & quasi ex uno fonte deductio exigitur, ad priorem nostram turbatam mixturam refugimus, ac cui libet cogitanti, & cogitationibus examinanti quot variis modis sanguis cum succis suis turbari queat, meditari consulimus.

IX.

Quemadmodum enim in regulari motu intestino gummosæ, oleo-

oleosæ, aquosæ, acidæ, falsæ &c. Particulæ, inter se invicem mixtæ, debitum ordinem, sanguinem quaquaversum movendo, & in omne genus vasculorum protrudendo, observant: itz in irregulari, ordo iste destruitur, particulæ ab invicem separantur, acres non satis aqueis & hamosis sunt involutæ, subtiliores avolant & dissipantur, vel a terrestribus & aliis gravioribus supprimuntur, denique arctius comprimuntur & coarctantur, qua propter regularis fermentatio imminuitur, & tot variis modis lœditur, quot in ordinate disponi queat; quam nos turbam sanguinis mixturam (Belgice BROEJING) vocamus, in qua essentia FEBRIS consistit.

X.

Hisce subintellectis Phænomenorum, vel potius effectorum perceptio facilis est. *Rigor* & *frigor* non solum à minore motu isto intestino ac circulatione sanguinis proveniunt, verùm etiam à minori secretione spirituum, ut ex præcedenti perversa mixtura sequi debet; quæ etiam causa est *pulsus parvi, rari ac tardi:* necessariò enim sit, quod si spiritus minores separantur, etiam non sufficienti copia in cor & arterias mittuntur ad debitam & satis efficacem contractionem producendam, in quâ *pulsus propriè* consistit: præterquam quod sanguis multò debilius & præsertim in initio turbata mixtura tardius & rarius fermentat.

X I.

Horror, qui hic interdum est, a secessione particularum oritur; nam acres non satis aquosis, oleosis, &c. involutæ, membranulas leviter pungendo, iisque diutius adhærendo magis sentiuntur & *Horroris* sensum producunt, qui nihil aliud quam levior species convulsionis est omnium partium.

X I I.

Paulò post verò *Calor* oritur, quia particulæ sanguinis a se invicem disjunctæ & malè mixtæ efficiunt, ut materia ætherea per hanc fluens & liberum transitum non inveniens particulas insensibiles magis magisque propellat, earumque super fidem atterat, ita ut se invicem dislocent, & magis magisque

6 D I S P U T A T I O M E D I C A

dissolvant, unde vasorum fibrillas movendo, *caloris* sensus producitur; & quia in turbata mixtura particulæ motu, figura, situ &c. multum differunt à regulari, atque alio vel insulto modo fibrillas affectant, *Calor* dicitur *præternaturalis*, tam diu durans, donec vel materia peregrina turbatam mixturam provocans per sudores vel urinas &c. sit expulsa; vel propriò motu intestinò alteretur, coercentur, & ad motum ordinarium cogantur.

X I II.

Verùm enim verò, licet in calore hoc explicato particulæ sanguinis magis in motum ducantur, quam eò tempore, quo *sanguis* aderat, tamen adhuc multò arctius ad se invicem adhærent, sanguisque crassior & gravior est, nec tam late se extendit vel fermentat, quam in sanis hominibus: quo fit ut *pulsus* celerior & crebrior sentiatur: contractio enim cordis arteriarum propter majorem sanguinis resistentiam, tam arcte fieri nequiens, primâ vice absoluta, tantò citius repeti debet & sic iterum, hæc enim ante mortem cessare non potest, nec mirum illam esse inegalēm, ubi sanguis inæqualiter mixtus, & modicè fermentans conspicitur.

X I V.

Capitis dolorem percipiemus, si cum hoc sanguine turbato ad caput ascendimus, vascula minora non tantum obstruendo, expandendo, verum etiam solummodo vellicando, quod recensit fieri posse, quisque qui vel medicinæ limen salutarit, facile sciet. Frequentius autem dolores in his, quam in aliis partibus reperiuntur, propter minimorum tenuium vasculorum in cerebro mollitiem & abundantiam, quorum fibrillis particulæ acres ratione tardioris circulationis diutius adhærendo, easque magis vellicando, *dolorem* quandoque intolerabilem producunt; ex quo etiam *vigilie*, præterquam quod hæc & acredine & nimia spirituum secretione oriri possunt; cùm è contrario *somnus* & *syncope* in febribus à nervorum obstructione, spirituum viscositate, & minori secretione originem ducant.

X V.

X V.

Per spiritus intelligo subtiliores, & magis volatiles particulas, ex sanguine in cerebro secretas, & que ac sanguis constantes ex acidis falsis &c. particulis; quapropter eorum mixtura etiam turbari potest, præsertim si ex turbato sanguine secernuntur, atque ita inordinatè motu intestinò *deliria* proferunt, hinc enim pro mixturæ constitutione, diversæ formantur ideæ, ac proinde loquela *præternaturalis*.

X V I.

Et cum ope spirituum omnes corporis functiones efficiantur, necessariè *convulsiones* ab iis proveniunt, quas in hoc affectu eorum accredini attribuimus; vel etiam quod ratione turbatae, particulae falsæ & acidæ non satis aliis involutæ in his vel illis partibus fibrillas vellicant, quapropter spiritus irregulariter determinantur in musculos, & ita partes affectæ convelluntur.

X V I I.

Si ad os tendamus, primò nobis obviat *sitis*, non ex defectu liquoris in sanguine, sed ex vasorum salivalium obstructione, tum ex sanguinis crassitie, ac minori circulatione vel propulsione à tergo, tum etiam, quod propter turbatam sanguinis mixturam particulae non tali modo sitæ vel dispositæ sint, ut sese ad determinata spatia horum vasculorum accommodent, sed permeare nequeentes illa obstruant, & salivæ secretionem impediunt, unde oris siccitas, vel defectus salivæ ad os humectandum (*situs* nobis dictus) oritur.

X V I I I.

Sic & *Ardor Oris* cum particulæ in vasibus salivalibus hærentes, ea-que obstruentes à naturali statu ut in massa sanguinis deturbantur, quæ etiam, si circumjacentia vascula accendant, *linguam* quandoque *nigrum* prôferunt: materia enim ætherea per hasce particulas inordinate fluens, non solum ardorem; verum etiam volatiles paulatim secum auferendo, succos in minoribus vasculis sanguineis obstructis crassiores relinquunt, unde color nobis *ruber fuscus*, & deinde *subniger* ostenditur,

Aphthe

XIX.

Aphthæ eodem modo originem ducunt ex particulis quibusdam à turbato sanguine nostro secretis, seseque in glandulas linguae, æsophagi, imo interdum ventriculi & intestinorum infectibus, easque obstruendo, inflammations, & post maturationem ulcuscula, pro ratione turbatæ mixturæ, albida, nigra, diu durantia, vel facile evanescentia, ac interdum qui similis materia adhuc in sanguine hæret, brevi redeuntia producentibus: nota *inflammationes*, hoc modo in reliquis partibus tam internis quam externis posse oriri, ut *inflammationes hepatis, lieinis, membranarum cerebri, externe bubones, antraces &c.*

XX.

Anxietatis fomes (cordis vulgo dictæ) in initio paroxismi ut plurimum existentis in ventriculo hærere videtur; eo enim tempore ut in explicatione frigoris videmus, minor etiam fermentatio ventriculi procedit; quapropter chylus & quicquid in eo continetur ingravescit, fundumque magis petit, unde fibrillæ extenduntur, & diaphragma deprimitur, quæ *anxietatem & gravitatem cum difficultate respirandi* repræsentant, præsertim si addamus quod propter minorem transpirationem, etiam minor quantitas aëris sanguini participatur: & convulsione musculorum in & exspirationi inservientium id magis adjuvatur.

XXI.

Ulterius ventriculum inquirendo plura sese offerunt incomoda, inter quæ fere semper *appetitus prostratus*, plerumque defectu, vel nimia viscositate fermenti in eo secerni consueti; interdum *dolores & singultus*, cum fermentum peregrinum, nimis acre vel acidum in ventriculum effunditur, quod fibrillas pungendo & vellicando, dolores ac *convulsiones* adfert, ita ut ventriculo hoc vel alio modo convulso, diaphragma subito deorsum, & aër in pulmones quasi vi prematur unde sonitus, nobis *singultus* dictus, imo & interdum *vomitus* producitur majori vellicatione vel etiam peregrina fermentatione hujus alieni acriis & acidioris fermenti cum cibo & ventriculi residuo, quo chylus acrior redditur & in depravatum convertitur unde *dolores & vomitus*

mitus reiterantur: His adde quod vehementi ista contractione, bilis ex intestino duodeno sursum in ventriculum pressa vellicationem & peregrinam fermentationem augescit *vomitumque* majorem profert, qui & ingurgitatione potus frigidi sola etiam produci queat, vel quia fermentum deorsum premitur, & fibrillas magis vellicat, vel etiam quod spiritus frigore isto incrassentur & vascula quasi obstruantur, ut vellicationem in nervulos inducant. quam contractio ventriculi & *vomitus* sequitur.

X X I I.

In intestinis *alvi fluxum* & *abstrictionem* eodem modo explicamus, si enim acredine peccat fermentum in eo secerni consuetum, ut plurimum dolores & *alvi excretiones* oriuntur, imò & ipsa *dyserteria*, non solum hujus fermenti acidi externa corrosione in fibrillas & vascula sanguinea minora, ad quam bilis & succus pancreaticus acredine peccantes multum tribuunt, verùm etiam ipsa crassitie & aciditate turbati sanguinis, quibus arteriolae in intestinis rumpuntur, & interne corroduntur, ita ut sanguis in intestina effundatur, & cum excretis excernatur: Hinc iterum sequitur *abstrictionem* ex contrario produci, minori nempe fermenti secretione, ut & bilis & succi pancreatici inopia & viscositate: quibus addere possumus quod excrementa etiam calore turbatae mixturæ ex siccantur & indurantur.

X X I I I.

Urina quandoque *tenuis* est, quandoque *crassa*, & multo sedimento saturata, prout renum glandulæ magis vel minus sunt obstructæ: Plerumque etiam observatur, quo plures provocantur sudores, eo *minus urina* secerni, quæ causa *rubedinis* videtur, quia multum salis in minori quantitate aquæ solutum est, quòd si contrarium fiat, *albida* appetet.

X X I V.

Dolores & lassitudines totius corporis sèpissime febrim sequuntur, tum ob expansionem vasorum & vellicationem in paroxismo ut de capitis dolore diximus, tum etiam ob inopiam spirituum quia plurimi per sudores avolarunt: attamen *in lumbis* & aliis partibus dolores paulo ante paroxismum quandoque sentiuntur, præ-

10 DISPUTATIO MEDICA

fertim in FEBRIBUS *intermittentibus*, cuius causa videtur obstructio circa partes affectas, in qua, quasi, fomes morbi hæret, sed de his in causis largius.

X X V.

Denique omnes functiones possunt ladi si FEBRIS magnopere sit acuta, vel mixtura pessime turbata; quod facile concipendum, supponendo, particulas fluidas figurâ & motu accomodatae esse debere ad solidas, quasdam nempe ad has, quasdam ad illas. E. G. quæ in hepate secerni consueverunt, toto cælo differunt, ab iis in pancreate, ventriculo, intestinis &c. ut in sanguine justè mixto observatur; si verò deturbatur motus intestinus, cum predictis non rectè conveniunt, quâ de causâ quedam vel depravatè generantur, ut officium ordinarium præstare nequeant, vel etiam deficienter, vel quandoque abundantius, imo & interdum alio loco separantur; ut in ore dulcedo, interdum amaritudo, interdum acidus sapor observatur; & sic de reliquis, unde patet earum partium obstructio in quibus secerni solet, ut & debilitas quasi & flacciditas illarum, in quibus insuetè separantur, ac præterea quod figurâ cum prioribus conuentis partibus non convenient; atque ita *functiones plurime lèiduntur*. Hisce FEBRIS essentiâ explicatâ ad causas properamus.

X X V I.

Omnium horum symptomatum fontem diximus consistere in turbata mixtura, quæ ut plurimum producitur ab *injuria aeris*, vel *inflammatione* vel *alimentis*.

X X V I I.

Aer quandoque *contagiosus* conspicitur ex vaporibus quibusdam venenatis, vel corrosivis acidis particulis hic vel illic terrarum ex fodinis, hominibus inseptulis, & cæteris fætorem perniciosum excitantibus, ortis, cum quibus aer mixtus & inspiratus turbatam in sanguine mixturam provocat. Quandoque adeo frigidus vel proprie *incrassatus est*, ut insensibilis transpiratio impediatur, & inde mixtura turbetur; sed hoc plerumque hominibus, labore, vel alio quovis modô calescentibus, cum poris

poris nimium apertis frigore expositis, ut pori subito obstruantur, contingit.

X X V I I I.

Interdum frigore externo in hac vel illa parte *catharri* & *inflammationes*, succos incrassando & à se invicem separando, oriuntur, quibus tam internis quam externis, licet unde deducitis, tota sanguinis massa turbari queat; materia enim ætherea per illas irregulariter fluens, eandem dispositionem partium huic communicat, atque ita F E B R I M profert.

X X I X.

Victus vel *alimenta* æque *cibus* ac *potus* F E B R I M producunt, si constant ex nimia vel quantitate immoderata, & in ventriculo non rectè coquuntur, at chylus quasi crudus ad sanguinem transfertur, quā propter *mixtura* à *regulari statu* defletitur: vel etiam, si peccant aciditate falsoidine, viscositate, cruditate & similibus sanguinem incrassantibus, & cum succis nostris non convenientibus, facile *mixtura* turbatur.

X X X.

Ratio autem, quare F E B R I S quandoque *alternis*, quandoque *trinis*, *quaternis* &c. *diebus* redeunt, videtur, quod ipsorum fomes in partibus quibusdam solidis, hepate nempe, liene pancreate, vel simili hæreat; in quibus sunt tumores, hydatides, phlyctenæ, *inflammationes*, imò *abcessi* sunt producta, quæ certò tempore quodam *sive alternis*, *trinis* &c. *diebus*, impletur & ad maturationem ducuntur, ut materia, pus vel quicquid in iis contentum sit erumpat, & sanguini admisceatur unde turbata *mixtura* vel F E B R I S oritur, toties eō certo tempore rediens quoties impletio vel maturatio & eruptio certo tempore perficitur, & peregrina illa materia sanguini communicatur, pro cuius quantitate, viscositate, & malâ dispositione etiam *dū durans* vel *brevis*, & *magis* vel *minus* acuta conspicitur.

X X X I.

Quod ad prognosin attinet, quo plura & pejora symptomata eō periculofior F E B R I S: *Deliria* cum *continuis vigiliis*, vel etiam *somnus nūnius*, *lingua* *secca* & *nigra* cum *aphthis*; *frequens*

alvifluxus, convulsiones continue &c. signa sunt s̄epe lethalia: præterea continua ac præserim acuta, plus ominatur periculi quam intermitiens, quatenus non datur tempus vires alimentis necessariis restituendi malumque remediis resistendi, ac proinde quod ut plurimum pejora vestigia relinquat.

XXXI.

Sublata causa (inquit proverbium) tollitur effectus; si mixtura turbata tollatur facile ejus affecta evanescit, ideoque ei maxime incumbendum; respectu autem quorundam symptomatum, ut sunt morbi capititis, intestinorum & alii qui magnum quandoque periculum minitantur, diligent & cita medela etiam sunt impugnandi.

XXXII.

Curam particularem non præscribimus, quia pro variatione FEBRIS medicamenta variari debent, in omnibus attenuantia & incidentia ad sanguinem in pristinum motum reducendum convenient: Huc spectant igitur salibus fixis & volatilibus, oleofisis & spirituosis scatentia. v. g. Radices Contrajervæ, imperator: Angel. Calam. Helen. salsa parill. china. Fol. absynth. Cardui Benedict. Scord. Ruthæ. flores centaur. Croci. Aromata, myrrha castor. Corn. cervi, tartar. nitr. Salarmonicæ. & omnia sive extracta, sive spirituosa, olea, saliavolatilia, fixa &c. quæ ex hisce conficiuntur; ut & oculi cancr. opium, Cap hura antimonium diaphorhat, bezoar. mineral. & sexcenta alia, ex quibus decocta, bauisti, mixturæ, pulveres, conservæ, pro cujusvis libertate, arbitrio & rei exigentia præparari possunt.

Attamen notandum, ut in intermittentibus major dosis paulò ante paroxismum præscribatur, tum ob vires majores, tum etiam quod fomes in parte quadam solida firmius hæreat.

Vena *se* *ctione* interdum opus est, præsertim in *Capitis* *magni* *dulore*, *vigiliis*, *phranitide* in quibus etiam a volatilibus penitus abstinentia, & incidentia fixa cum parum opii adhibenda sunt.

Corpus si sit cacoehymicum quandoque purgans instituantur, sed accuratè inquirendum numve *Aphibæ*, *variola*, *morbilli* &c. suspi-

fuspicantur tum enim *venefactio* & *purgatio* maxime nocent, quia
morbificæ materiæ per poros ex pulsione impedientur.

Vomitorium in terdum prodest, in *intermittentibus*. Sed tunc
fomes circa ventriculum hærere viderunt, alias *vomitus* & *nimia
alvi fluxus* si adsint, ut & reliqua symptomata cum anti febrilibus
enumeratis, pro necessitate cautè adhibitis optime curantur.

In *alvo* summè *astricta*, & p̄t̄sertim si excrementa sint indu-
rata, *clyster* injiciatur. Atque ita hisce vel similibus materia
morbifica per sudores & urinas expellatur ut æger à febre cu-
retur.

COROLLARIA.

I.

Cantharides non attrahunt.

II.

*Non datur inflammatio à sola causa interna nisi me-
diante febri.*

III.

Tumoris maturatio inflammationem supponit.

D. GERARDO BENOORDEN.

Cum in Academiâ Ultrajectinâ post habitam disputationem de febribus summâ cum laude Medicinae Doctor crearetur.

Gratia salus praestat morbis, & major in orbe
Gaza homini sanò corpore nulla datur
Hoc habuisset homo semper modò vitâ stetisset,
Ast nunc morborum cuncta referta vides.
Quod fuit ex lapsu Primævi patris Adami,
Quô nos præcipites in mala cuncta dedit.
Ipsò etenim peccante simul peccavimus omnes,
Hæc labes cunctos nos facit una reos,
Sanguinus hæredes sumus, una criminis; Adæ
Nos squidem in lumbis clauserat ipse deus.
Sic generi humano morbos mortemque paravit
Qui rectus prima conditione fuit.
Hinc omnes lachrymæ; nos hinc ad tartara traxit:
Hinc sons dejectæ posteritatis erat.
Hinc omnis generis morbis oppleta malignis
Nostra ætas, corpus qui cruciare solent.
Eminet inter eos flagrans quoque febris, & illa
Adducit solum noxia multa satis.
Cum quis febricitat, tunc ipsi nulla cupido,
In lecto recubans vita caduca perit.
Hippocrates ipsi medicamina dura propinat,
Dum febris furit in corpore dira suò
Nunc ardet, nunc friget homo, vomitque, sūtique
Repleturque gravi febre dolore caput.

Hac

Hec cruciat miseris artus, hæc viscera quassat,
De populans vires carnificina suas.
Hæc sunt quæ tractas doctissima, docte BENOORDEN
Das causas febris, das medicamen ei.
Si libri reddant atque experientia longa
Expertum medicum, tu magè talis eris.
A teneris annis operam navasse fidelem
Te studiis medicis, Amstela testis erit.
Et ne quid dècesset, chirurgia cum medicinâ
Junxisti, multò quæ sociata valent.
Hic nec subsistit labor improbus: India flores
Omnigenasque herbas porrigit atque fovet.
Visendi has oras herbasque cupidine tantâ
Flagrasti, ut nullus pellere posset iter.
Scilicet herbarum quæ sit natura, volebas
Indagare loco crescere quâ soleant.
Egisti hoc alacris, nec plus minus octo per annos
India te tenuit, terra remota procul.
Ilic terrarum morbos febresque medendi
Noscendique herbas maxima cura fuit.
Per mare, per terras, per tot discrimina rerum,
Omnibus edocitus, post redi in patriam.
Denique post redditum fuit hæc tibi summa voluptas,
Felici ad finem ducere cæpta pede
Doctorum hinc rursus collegia docta frequentas,
Et medicos tractas nocte dieque libros.
Nil igitur supereft post tot tantosque labores,
Quin merito summis annumerere viris.
Sic Ultrajectum proficisciens, inque cathedras
Pro doctoratus nomine doctus agis.
Cui mirum nunc esse potest, de febre loquentem
Te naturam ejus noscere posse satis?

Exi-

*Exigeret ratio quod scribam carmen amico;
Quo thesin & laudes concelebrare queam;
Sed quid opus verbis? abeant: hic facta loquuntur;
Hic ars, hic studium: me tacuisse decet.
Nil igitur dicam: dixi: concludere fas est.
Quod reliquum est, verbis histic duobus habe.*

*Felix qui nunquam morbos febresque medendi
Causa egeat medico, vel medicaminibus:
Quem tamen excruciant febres macerantque, BENOORDEN
Qui fruitur medico, tutior esse potest.*

F. FABRICIUS.

G E L U C K:

G E L U K W E N S C H I N G

Aan mijn HEER

GERARDUS BENOORDEN,

Toen sijn E: na gehouden twistredening over de
Koortsen met een algemeyn toejuichen gepro-
moveerd wierd tot Doc̄toor in de Medicyne.

In via virtuti nulla est via.

BENOORDEN, die bezuyden en benoorden
(Ik ben'er oog - en oor - getuige van)
Aan menig siek, benaud, verlegen man
Uw hulp betoond hebt, met'er daad en woorden,
Waar van men blyk en proeven tonen kan:

BENOORDEN, die benoorden en bezuiden
Gesien hebt waar een vremde landaart woond:
Hoe kan naar waarde uw yver zijn beloond?
Die Heidense so wel als Moorse luiden
De blijken van uw kennis hebt getond.

BENOORDEN, die voorheen in vele delen
In gunst, in kunst, in spraak, in ampt, en eer,
In't reysen naar het hof toe, heen en weer,
Geweten hebt met my een rol te spelen :
BENOORDEN, die van sin waart nimmermeer

In India te slijten 't lieve leven,
Maar spoedig (want van diergelijke saak
Was onse beste en meeste zamenspraak)

C

U

U naar 't gezegend Holland te begeven :
Tot u is 't dat ik nu mijn reden maak.

Gy hebt den tijd uws levens noit verfleten
In wulpsheid of vergankelijke vreugd ;
Uw oogmerk was de heyrbaan van de deugd,
Gy trachte steets om veel en meer te weten :
Men sag uw geest in't eerste van uw jeugd

Uitschitt'ren door verscheidentheid van gaven :
De *Musen* hebben u so kleyn als groot
Gekoesterd en gequeekt in hare schoot,
Als haren lieveling : O puik der braven
Dien 't woelen om geleerdheid noit verdroot :

Gy waart so ras uit 't Oosten niet gekomen ,
Of daadlijk was uw ploeg 't papierevelt ,
Gy queet u in 't betrachten als een helt ,
Verskeerd dat de prijs niet aan den lomen ,
Maar aan den kloekaart is tot loon gestelt .

Die groote kunst , die eertijds van de *Goden*
(Indien het waar is , 't geen men daar van leest)
Geooffend wierd ; die kunst , die 't quaad geneest ,
Die kunst , die mijnen lof niet heeft van noden ,
Is steets uw enigste vermaak geweest .

Van vele siekten , die de menschen quellen ,
Als *hoofdpijn* , *buikloop* , *pynelijk graveel*
Voet-euvel , *steen* , *ontsteking in de keel*
(En wie kan al de droeve qualen tellen ?)
Hebt gy de *Koorts* ontleed tot 't minste deel .

Gy hebt ons duidelijk op 't papier beschreven
Den oorsprong , aard , en eigenschap , en voorts

De

De onfeylbare geneſing van de Koorts
So dat aan u dien eernaam is gegeven,
Om inde kunſt te ligren als een toorts.

Dus word't getal der Heren Medicynen
Door uw perſoon vermeerderd, uitgebried;
Nu diend mijn wensch aan u in'r kort geseid;
Leev lang tot troost van die om hulpe quynen:
Geen fware fiekte, geen onpaſlijkheid

Kome oit u voor, of worde door uw raden,
En door uw hulp genesen en geheeld;
Verſtrek aan ons een ſpiegel, en een beeld
Van haar, wiens naam in vele duifend bladen:
Ons levendig voor het gefigte ſpeeld,

D. HAVART.

In Laudem

GERARDI BENOORDEN.

Dus blinkt BENOORDENS deugd en vroege
naarstigheid

Euroop en Asia door, dies doed hem Utrecht leven

In waardigheid en magt om met wiskundigheid

Der menschen ramp en siekt te kunnen bovenstreven.

Den Hemel sterk sijn geest, dat hy in konst sig draag,

Dat d'aard sijn naam steets roem, sijn deugd aan God
behaag.

A. KOENERDING.